



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldu>

Lvgdvni, 1585

Quòd fatuum sit quærere quare Dominus simplicem fornicationem
prohibuerit. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

Quod fatuum sit querere quare Dominus simplicem fornicationem prohibuerit.

CAP. III.

SEquitur videre quomodo illa quæstio sit diabolica & irrisione digna, qua quæritur quare Dñs prohibuerit simplicem fornicationem. Ideò verò diximus eam diabolicam, quia propofita est primo à diabolo talis quæstio, Gen. 3. vbi dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Dñs, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Ideò verò diximus eam irrisione digna: quia nullus proponeret alicui homini similem quæstionem, qui eum pro stulto non haberet. Si veniret aliquis ad aliquem ciuem, & diceret ei, Quare nõ permittis filias tuas prostituere? quare vis eas maritari? Estis vos fatuus? diceret ipse. Quanto ergo potius ille fatuus potest reputari, qui de caelesti rege hoc audet quære, quare ipse filias suas nõ permittit fornicari, quare vult eas vel castas permanere, vel nuptiis tradi? Præterea, quære quare Dominus de re sua aliquid prohibuerit, est quære quare Dominus in re sua aliquid vel aliquod signum dominij tenuerit: quam quæstionem patet stultam esse: vt si quis quærat à rege Franciæ, quare non datis mihi totum regnum vestrum, vt nec aliquod signum dominij retineatis? Ibi permiserat Dominus bonum omne lignum, præter vnum, bene debuisset ei sufficere.

Quod Dominus misericorditer egerit cum hominibus, prohibendo eis simplicem fornicationem.

CAP. IIII.

EX iam dictis patet manifestum esse quod Dominus misericorditer egerit cum humano genere, quum simplicem fornicationem prohibuit viris, quia potius voluit eos habere fidele adiutoriũ, quã tales qui furarentur eis quicquid possent furari. Concubina: quæ nesciunt quandiu debent esse cum hominibus, furantur eis quicquid possunt. Cũ mulieribus etiã in hoc misericorditer egerit. Videns enim Dñs quod mulieres habituræ essent laborem in portando prolem in vtero, dolorẽ in parturiendo, sollicitudinẽ & occupationem & laborẽ in nutriendo, voluit vitos ante opus carnale eis obligari in iuuãdo eas. Cũ prole etiã misericorditer egerit. Frequenter enim periret proles, si simplex fornicatio esset cõcessa, vt prius ostẽdimus. Cũ toto etiã genere humano Dñs in hoc misericorditer egerit, cuius paci prouidit, Misericorditer etiam egerit cum genere humano, quod ab illa voluptate hominẽ cohibere voluit in parte qua nullus vitur nisi valde raro absque peccato. Ad id autẽ quod obijcitur, quod ferẽ totus mundus perit propter prohibitionem illam: Dicendum est, quod fortẽ plures perirent, si non esset prohibita fornicatio,

Ff